

GOTHRICVS REX DANIAE.



Gothricus filius fuit Gormonis regis Daniæ. Is post patrem ob uirtutes rex electus, non modo armis, sed etiā iustitia insignis extitit. Cum is famam sui nominis felicibus propagasset auspicij, etiam Saxones bello invasit, & sibi centum nū ueos equos tributi nomine dare coēgit. Eo tempore Carolus Magnus Christianam religionē per Germaniam plantare statuit. Huic cum fortiter Vitekindus & Saxones resisterent, Gothricus eis auxilia tulit, atque ut toties Carolo repugnarent, author fuit, anno 770. Cum etiam Saxoniz ferē deuicta à Carolo esset, atque ipse in Italiam tenderet, Gothricus magno exercitu Saxoniam ingressus,

Caroli milites profligauit, atque Idolorum cultum reduxit. postea etiam Frisones bello aggressus domuit. Verūm deinde Carolo reuerso, & Saxones ac Frisones libertatisuæ restituti fuerunt. Hoc modo factum ut Gothricus seie intra sui regni fines continuerit. Cum postea iterum bellum meditaretur, prop̄y satellitis insidijs circumuentus, ferro domesticæ fraudis interiit. quo audito Carolus effuso gudio exultauit, nihil eo casu unquam fortune sue iucundius obuenisse confessus. *Sax. Grammaticus libro 9.*